

ΓΕΝΙΚΕΣ ΕΙΣΙΤΗΡΙΕΣ ΕΞΕΤΑΣΕΙΣ 1970

Θέματα Λατινικών (ΝΟΜΙΚΟΣ ΚΥΚΛΟΣ)

Παρασκευή 4 Σεπτεμβρίου 1970

A. ΚΕΙΜΕΝΟ ΓΙΑ ΜΕΤΑΦΡΑΣΗ :

C. Caesaris, De bello Gallico, VI , 13

In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo. Nam plebes paene servorum habetur loco, quae nihil audet per se, nullo adhibetur consilio. In nobilibus eadem omnia sunt iura, quae dominis in servos. Sed de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur: ad hos magnus adulescentium numerus disciplinae causa concurrit, magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, et, si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de hereditate, de finibus controversia est, idem decernunt, praemia poenasque constituunt; si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt. Haec poena apud eos est gravissima. His autem omnibus druidibus praeest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem.

B. ΠΑΡΑΤΗΡΗΣΕΙΣ

1. **aliquo numero, admissum facinus** : νά αναγνωρισθούν και νά κλιθούν κατά ζεύγη.
2. **intersunt, interdicunt**: νά αναγνωρισθούν καί νά γραφούν οι αρχικοί χρόνοι.
3. **summam** : νά αναγνωρισθή, νά γραφούν οι βαθμοί παραθέσεως καί τών τριών γενών καί νά κλιθή ο συγκριτικός βαθμός εις αμφοτέρους τούς αριθμούς.
4. **Nam plebes paene servorum habetur loco**: νά αναλυθή συντακτικώς καί νά αιτιολογηθή η πτώσις.
5. **magnoque hi sunt apud eos honore**: νά αναλυθή συντακτικώς καί νά αιτιολογηθή η πτώσις.
6. **de finibus, de hereditate**: Πώς αποδίδεται εις τήν ελληνικήν καί κατά τί διαφέρει η λατινική τής ελληνικής συντάξεως.